


ad se vocavit et dixit: «Optime mi Nostizi, nonnulla a me didicisti, nunc tibi, quomodo sit aequo animo moriendum, discendum esse videtur.»

11. Etiam Michaël Ney ita, ut miles vere fortissimus de vita migravit. Cum enim coram hoc praeclarissimo Napoleonis quondam duce iudicium, quo capit is damnatus est, recitatum omnesque tituli atque insignia, quibus unquam decoratus erat, allata essent, ridens dixit: «Ex his titulis, insignibus ac Michaële Ney mox nihil, nisi parvulus pulveris aerius relinquetur.»

(Ad proximum numerum.) Vincentius Gombár.

3. Crucigrama.



ad libram:

1. Quid in Ulyxe celebratur?
2. Quid saepe a te declinatur?
3. Quo membro cuncta fere facio?

ad perpendiculum:

1. Quid tu libenter accipis?
2. Quid gratum est in tenebris?
3. Qui talis est, non eget medico.

Otto Schmid Vindobonensis.

4.

Puella parva interrogata, quot annos nata esset, respondit: «Mater triplicem numerum annorum meorum habet, pater X annis maior natu est quam mater. Nos tres una octoginta annos habemus. Quot annos erat puella parva?»

Guilelmus Fieber Vindobonensis.



### Solutions aenigmatum numeri X.

1. Semper idem, sed aliter.
2. Et semel emissum volat irrevocabile verbum.
3. Pompeius.
4. Domus (dies, otio, manu, urus, spes).

Aenigmata recte dissolverunt: Anna Mayer, Ioannes Glancz, Otto Schultz, Ladislaus Wagner, Helena Szabó, Ioannes Wolkóber.


Praemium sorte Joanni Glancz obvenit.

1. Syllabae, quae desunt, proverbium notissimum dant.

... xilium	... yphus
... bigo	... trium
... pio	... les
... rus	... rthago

Elisabetha Fikár disc. Kaposvárensis.

2. Dissolvendum ad saltum equulei.



Lad. Javorik disc. Tatanus.

Budapestini, ex officina consortii Stephanei. — Negotiorum curator: Fr. Kohl iun.



LATIN IEJÚSÁGI FOLYÓIRAT. LATEINISCHE JUGENDZEITSCHRIFT. REVUE LATINE DE LA JEUNESSE.

Administrator, ad quem pecuniae dirigantur: ALEXANDER REGÉNYI, Budapest, VII., Barcsay-u. 5. (tel: 1-422-15).

Moderator, ad quem manuscripta mittantur: I. WAGNER DR. Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20. (telephon: 2-686-34).

Prodit Budapestini quotannis decies. Pretium subnotationis an. 1936—37. in Hungaria 3 pengoe, extra Hungariam 4 pengoe. Gyrus aerarii comparsorum postalis in Hungaria: 57.292, in Austria: A—37.880. Subnotatores earum gentium, unde simplex pecuniarum transmissio impeditur, utantur scibidulis «Coupon réponse international» appellatis, quarum si quis decem in epistola ad administratorem mittit, pretium annum solvit. Quinis exemplaribus sextum gratuito additur.

### Iulius e nobilibus Gömbös de Jákfa.


1886—1936.

Iuventus praecipue ab iis professoribus sustentatur, cuius discipuli ephemeridem nostram conservatim legunt. Quae cum ita sint, omnem fere materiam a fautoriibus lectoribusque scribi quis miretur? Nihilominus parcissime accidit, ut opuscula etiam eorum, qui non subnotatores sint, publicentur. Quare omnes, qui materiam ephemeridis accessionibus augere volunt, ne frustra laborent, moderare orum de argumento eligendo consulendum esse putent. — Guil. Fieber Vindobonensis. Ephemeride nostrá Te contentum esse gaudio est mihi. Quam spero fore, ut etiam discipulis Tuis placeat. — M. Palyusik et I. Kojnok. Epistola vestra gaudio me affectit. Urbanitatem vestram laudo. — M. Szluha. Narratiunculis tuis proxime iam utar. — Josephus Tóth (Szeged, Vásárhelyi-út 73.) librum suum, qui inscribitur «Tributa familias custodientia» (= Családvédelem és adózás) rogantibus gratuito transmittit. — Lad. Mihácsik. Noli ipse fabulam componere. Haec quam scripsisti, maxime puerilis, ne dicam infantilis et perlonga est. Mox mittam aliquid pulchrius Latinę reddendum. — Ceteris proxime respondebo.

Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-scholarium Catholicorum. — A Katholikus Középiskolai Tanáregyesület költségén. (Praeses: DR. IOANNES KISPARTI, elnök.)

praetermisserunt, quin aegrotum a morte servarent. Monaci, ubi Gömbös animam in sanatorio exspiravit, etiam Hitler dux Germaniae

<sup>1</sup> veszeszgörödás = Nierenschrumpfung = néphrosclérose



ipse exsequias comitatus est. Budapestini autem, cum mortuus publico funere pompāque militari efferetur, coronarum florearum vel maxime illā omnes commoti sunt; quam Franco dux Hispanorum pro libertate pugnantium miserat; in numero autem amicorum, qui convenerunt ad exequias cohonestandas, vidi mus vicarios Hitleri ducis, regum Italiae et Bulgariae item Miklas praesidis Austriae pari dolore affectos. In imagine nostra ab laeva Nicolaus Horthy gubernator Hungariae, ab dextera Schuschnigg cancellarius Austriae, Ciano comes minister rerum exterarum Italiae, gener Mussolini ducis, Göring tribunus<sup>2</sup> militum<sup>2</sup> a praetorio<sup>2</sup> primus ministrorum Borussiae et Stoilow legatus Bulgariae publice missus pompam funebrem prosequuntur. In recessu<sup>3</sup> alterius imaginis aedes cathedralis Strigoniensis, in fronte ad dextram porta palatii regii, ad sinistram Val. Hóman minister, Iust. Serédi archiepiscopus princeps et I. Gömbös stant.

<sup>1</sup> vezérezredes = Generaloberst = colonel général <sup>2</sup> hárter = Hintergrund = fond



## LECTORIBUS MINIMIS.

### Visitatio<sup>1</sup> rectoris.

Ioanniculus<sup>2</sup> s. d.<sup>2</sup> Stephanulo.<sup>2</sup>

Semper instas<sup>3</sup> urgesque<sup>3</sup>, ut quid apud nos novi sit scribam. Accipe<sup>4</sup> igitur, mi<sup>5</sup> oculē<sup>5</sup>, quae iucundā<sup>6</sup> tibi referam.<sup>7</sup>

Nuperrime ianua tertiae classis repente aperitur. In aperta ianua dominus rector gymnasii nostri appetit. Unā cum magistro surgimus. Salute<sup>8</sup> data<sup>8</sup> redditāque<sup>8</sup> consedimus.

Eruditio interrupta continuatur. Nos omnes in diario cum annotationibus<sup>9</sup> brevibus diligenter inscribimus sententias, quarum versionem Latinam alii discipuli frequentes vicibus<sup>10</sup> factis<sup>10</sup> in tabula duce<sup>11</sup> magistro ineunt<sup>12</sup> atque persolvunt. Sed ista<sup>13</sup> valeant!<sup>13</sup> Ordinem enim studiorum cognitum habes.

Visitatione peractā dominus rector sive ut nos ad linguam latinam addiscendam adhortaretur, sive ut sedulitatem nostram quasi praemio<sup>14</sup> afficeret,<sup>14</sup> haec dixit:

Animos attendite, filioli mei atque, in<sup>15</sup> viscera<sup>15</sup> vestra<sup>15</sup> demittite, quae vobis vere facta nunc eniarabo.

In bello<sup>16</sup> gentium<sup>16</sup> factum est, ut in fronte nostrā ad Italiam versā praefectus<sup>17</sup> quidam Hungaricus epistulam Germanice conceptam<sup>18</sup> per militem<sup>19</sup> gregarium<sup>19</sup> ad magi-

<sup>1</sup> igazgatói látogatás = Besuch des Direktors = une visite du directeur <sup>2</sup> Jancsi üdvözli Pistukát = Hans begrüßt den Steffel = Jeannot salut Étienne <sup>3</sup> sürgetve kér és zaklat = dringend bitten und bestürmen = presser, insister <sup>4</sup> halld! = Höre! = écoute! <sup>5</sup> Szemem fénnye = Mein Augapfel! = mon cher! <sup>6</sup> érdekes = interessant = curieux <sup>7</sup> közöl = mitteilen = rapporter <sup>8</sup> kölcsönös üdvözés után = nach gegenseitiger Begrüßung = après s'être salués <sup>9</sup> jegyzet = Notiz = notice <sup>10</sup> váltakozva = abwechselnd = à tour de rôle <sup>11</sup> vezetés = Leitung = direction <sup>12</sup> kezdeni = anfangen = s'y prendre <sup>13</sup> Ebből elég! = Genug davon! = En voilà assez! <sup>14</sup> megjutalmazni = belohnen = gratifier <sup>15</sup> mélyen lelketekekbe (elmétekbe) = tief der Seele (dem Gedächtnis) = jusqu'au fond de l'âme <sup>16</sup> világháború = Weltkrieg = guerre mondiale <sup>17</sup> tiszt = Offizier = officier <sup>18</sup> fogalmazni = abfassen = rédiger <sup>19</sup> közkatona = gemeiner Soldat = troupeier

stratum proximi vici misit, ut alimenta<sup>20</sup> et pabulum<sup>20</sup> peteret, quorum magna erat penuria.<sup>21</sup>

Miles it, redit et narrat magistratum lingua Germanorum non intelligere. Praefectus epistulam aliam Francogallice scriptam misit. Miles redux nuntiat magistratum tantum lingua Italicam scire. Ego quidem, malum,<sup>22</sup> — murmurat<sup>23</sup> praefectus, hanc ipsam linguam non calleo.<sup>24</sup> Quid igitur? Ehem,<sup>25</sup> iam scio, quid faciendum. Novas litteras easque Latinas parocho<sup>26</sup> eiusdem vici misit.

Brevis<sup>27</sup> fuit mora mediī temporis<sup>27</sup> et iam adfuit parochus cum milite nuntio atque plaustro<sup>28</sup> variis alimentis et magnā vi pabuli referto.<sup>29</sup> Alimenta et pabula statim distributa sunt.

Quid multa?<sup>30</sup> Cum equi iam avenam<sup>31</sup> diu desideratam avide edebant, miles militi dicit: audin,<sup>32</sup> hodie quam clare<sup>33</sup> crepet<sup>34</sup> sub dentibus equorum avena iisque quam alacriter hinniant.<sup>35</sup> Quod, credo, non est mirandum, respondet alter, nam avenam Latinam edunt.

Praefectus ille huius gymnasii fuit alumnus<sup>36</sup> et vestri magistri discipulus. Ergo, filioli mei, omnia praecepta et consilia magistri vestri docentis semper sequimini et quidem eo magis, quod facile fieri potest, ut vobis quoque quoniam avenā Latinā opus sit.

Quod<sup>37</sup> ad me attinet,<sup>37</sup> lux mea, narratiuncula<sup>38</sup> domini rectoris me vehementer motit et ideo me totis viribus ad linguam Latinam incubiturum esse decrevi, quod et tibi sincere<sup>39</sup> commendō. Vale. Aem. Láng (Keszthely).

<sup>20</sup> élelmiszer és abrak = Nahrungsmittel und Futter = vivres et fourrages <sup>21</sup> hiány = Mangel an = manque, pénurie <sup>22</sup> az ördögbe! = zum Teufel! = diantre! <sup>23</sup> morog = brummen = grogner, mächonner <sup>24</sup> érteni = verstehen = comprendre <sup>25</sup> ejnye, no = ha! ei! = eh bien! <sup>26</sup> plébános = Pfarrer = curé <sup>27</sup> rövid időköz telt el = eine kurze Zwischenzeit ver-



Ruinae palatii regii, de quo in litteris paginae 20. agitur, novissime effosae.

strich = en peu de temps <sup>28</sup> teherkoci = Lastwagen = camion <sup>29</sup> gazdag = reich angefüllt = chargé en abondance <sup>30</sup> Mit szaporítsam a szót = kurz = que dire encore <sup>31</sup> zab = Hafer = avoine <sup>32</sup> audis-ne? <sup>33</sup> tiszán = deutlich = clairement <sup>34</sup> ropog = knuspern = croustiller <sup>35</sup> nyerit = wiehern = hennir <sup>36</sup> növendék = Zöbling = élève <sup>37</sup> ami engem illet = was mich betrifft = quant à moi <sup>38</sup> kis elbeszélés = kurze Erzählung = petit récit <sup>39</sup> öszintén (szívölböl) = aufrichtig (von Herzen) = vivement

### Vestes simples.

Philopoemen, dux celeberrimus confoederatis<sup>1</sup> Achaii, vir erat egregiae virtutis, sed semper vestibus simplicissimis indutus incedebat. Aliquando Megaram profecturus praenuntiavit amico suo ibi habitanti adventum et rogavit, ut hospitio eius frui sibi licet. Amicus valde gaudebat, quod ducem apud se salutare poterit, et quia sub adventu Philopoemenis, quominus domi esset, negotiis impeditus erat, praecepit uxori sua, quae ei nuper nupserat, ut etiam absente marito magnificis dapibus<sup>2</sup> ducem exciperet, Femina forte dapibus parandis se accinxerat, cum Philopoemen advenit solus more solito sine paludamento,<sup>3</sup> tantum sago<sup>4</sup> vili indutus. Mulier eum veteranum

<sup>1</sup> szövetség = Bund = alliance <sup>2</sup> lakoma = Festmahl = banquet <sup>3</sup> vezérköpeny = Feldherrmantel = manteau de général <sup>4</sup> katonai köpeny = Soldatenmantel = casaque militaire

emeritum<sup>5</sup> putavit et statim rogavit, ut se in dapibus parandis adiuvaret. Dux illico deposuit sagum et ligna minuere coepit. Interdum advenit maritus et maximā cum admiratione vidi ducem illustrem totius Achaiae confoederationis ligna minuere. Deinde inter dapes multos eachinos<sup>6</sup> movebat error, in quem per vestes simplices ducis uxor amici inducta est.

### Alphabetum singulare.

Atticus, amicus Ciceronis 24 servos sibi emit, quorum nomina singulis litteris alphabeti initia cuperunt. Atticus tergum uniuscuiusque servi suā litterā<sup>7</sup> initialē<sup>7</sup> signari iussit et sic filium suum alphabetum Latinum docuit.

*Felic. Gondán (Baja).*

<sup>5</sup> obsitos = ausgiedent = vétéran <sup>6</sup> kacaj = Gelächter = éclat de rire <sup>7</sup> kezdőbetű = Anfangsbuchstabe = initiale

### Ex Archivo Latino Hungarorum.

Litterae donationales Belae IV. regis.

BELA dei gratia Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Serviae, Galiciae, Lodomeriae, Cumaniaeque Rex. Universis Christi fidelibus, praesentem paginam inspecturis, salutem in salutis<sup>1</sup> largitore.<sup>1</sup> Cum propter hostiles incursus et praecipue metum redditū Tartarorum, per quos militia et vires Regni nostri, Domino permittente, fuerunt diminutae, residuum<sup>2</sup> populi de Civitate Strigoniensi, qui deo auxiliante eorum<sup>3</sup> manus evaserant, salvare<sup>4</sup> cupientes, de consilio Iobagionum<sup>5</sup> Regni nostri in Castrum Strigoniensem translocaremus; attentes,<sup>6</sup> quod unā cum Venerabili Patre nostro, sanctae Strigoniensis sedis Metropolitano,<sup>7</sup> cives communiter non possent commode residere et quod aedificia et Curiae, ad archiepiscopum pertinentia, locum spatiōsum obtinebant; Palatum nostrum regium cum omnibus domibus et utilitatibus, ac pertinentiis<sup>8</sup> suis, quae vetustate diruta fuerant et reparatiōne sumptuosā indigerent, cum venerabili Patre nostro Stephano Strigoniensi archiepiscopo commutavimus, ea sibi<sup>9</sup> nomine Strigoniensi ecclesiae pleno iure et dominio, omni prorsus exceptione remotā, tradidimus; licet

ea tam inclitae<sup>10</sup> recordationis<sup>10</sup> pater noster Rex Andreas antecessoribus suis et nos sibi<sup>9</sup> gratuito donassemus, si ipsi titulo donationis illa acceptassent et possidere voluissent, claustro et curiae praepositi decenti spatio cimiterii<sup>11</sup> versus Palatum archiepiscopale, Capitulo<sup>12</sup> et Ecclesiae Beati Alberti et gloriosi martyris reservato, et totum residuum infra muros castri civibus et aliis, qui de nostro beneplacito<sup>13</sup> habitare voluerint, cum ecclesia beati Stephani protomartyris,<sup>14</sup> capellā videbilet archiepiscopalī, donavimus; salvis iuriis archiepiscopalibus, prout<sup>15</sup> antea habebant in eosdem cives. Promittentes bonā fide, sine fraude, hanc commutationem nostro et successorum nostrorum temporibus perpetuo, integraliter et inviolabiliter conservari. Et super his promittimus nos daturos Privilegium nostrum cum aurea Bulla domino archiepiscopo, quandocumque voluerit a nobis impetrare. Ut autem praesentis commutationis series perpetuum robur valeat obtinere, praesentes litteras eidem Archiepiscopo dedimus, duplicitis sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno ab incarnatione<sup>16</sup> domini Millesimo Ducentesimo Quadragesimo Nono.

(Datum diei extraserialiter<sup>17</sup> penes zonam sigilli est adscriptum.)

*Ernestus Császár (Budapestini).*

<sup>1</sup> in Christo <sup>2</sup> maradvány = der Rest = le reste <sup>3</sup> Tartarorum <sup>4</sup> megmenteni = retten = sauver <sup>5</sup> országnagyok = Magnaten = magnats (grands de Hongrie) <sup>6</sup> tekintettel arra, hogy = mit Rücksicht darauf, daß = considérant que <sup>7</sup> hercegersek = Fürstprimas = archevêque <sup>8</sup> tartozék = Zugehör = dépendance <sup>9</sup> archiepiscopo <sup>10</sup> dicső emlékezetű = glorreichen Angedenkens = très mémorable <sup>11</sup> temető = Friedhof = cimetière <sup>12</sup> káptalan = Domkapitel = chapitre <sup>13</sup> beleegyezés = Beilung = assentiment <sup>14</sup> első várta = der erste Märtyrer = le premier martyre <sup>15</sup> úgy ahogy = sowie = comme <sup>16</sup> születés = Geburt = naissance <sup>17</sup> soronkvül = außertourlich = hors la ligne.

### Desiderius Erasmus (1536—1936).

D. Erasmus natus est Rotterodami a. 1467., mortuus est Basiliae a. 1536. Ex vita D. Erasmi, ingeniosissimi illius atque litteratissimi<sup>1</sup> humatorum<sup>2</sup> ac liberalium<sup>2</sup> studiorum<sup>2</sup> paeconis<sup>3</sup>

<sup>1</sup> nagytudományú = wissenschaftlich hochgebildet = docte <sup>2</sup> humanizmus = Humanismus = humanisme <sup>3</sup> hirdető = Verkünder = propagateur

et propugnatoris, cuius memoria hoc anno quadringenties repetitur, quaedam illustria exempla, quae puer edidit,<sup>4</sup> vobis, amici lectores, proponimus.

Erasmus, cum Deventriæ studiis litterarum operam navaret, severissimā<sup>5</sup> disciplinā<sup>5</sup> coereditus<sup>5</sup> duram ac tristem vivebat vitam. Verum animo eius moerore<sup>6</sup> occaecato<sup>6</sup> lux insperata affulsit. A. enim 1484. Rudolpho Agricolae, viro docto famā celebratissimo scholam Deventriensem obeunti<sup>7</sup> ut optimus totius scholae discipulus commendatur Erasmus, qui tanti viri praesentiā confusus<sup>8</sup> ruboreque<sup>9</sup> suffusus<sup>9</sup> carmen gratulatorium recitavit. Agricola carminis venustrate captus, pueri pavescentis malas<sup>10</sup> permulcens «tu, inquit, eris magnus». Ex quibus verbis certissimā vitae felicioris spē captā<sup>11</sup> ex Erasmi animo omnis maestitia pellitur.

\*

Ceterum Erasmo in vita tristi disciplinā astrictā<sup>12</sup> etiam quaedam ludicra evenerunt.

In monasterio Steynensi, ut sacerdos fieret, studia theologica persequens commorabatur. Erat in horto monasterii pirus quaedam pira suavissima fera, quae ab antistite<sup>13</sup> monasterii custodiā<sup>14</sup> intentiore<sup>14</sup> asservantur.<sup>14</sup> Erasmus pirorum cupidissimus bene mane surgens piro ascensā fructu dulcissimo satiatur.

Antistes, cum sensisset aliquantum pirorum surreptum esse, furem deprehensurus per fenestram speculabatur Erasmumque iterum in arbore sedentem conspexit. Erasmus vero cum se observatum<sup>15</sup> vidisset, capite cucullo<sup>16</sup> obvoluto<sup>17</sup> ex arbore desiluit claudicantemque quemdam monasterii monachum imitatus suspicione in hunc derivavit.<sup>18</sup> Claudio monacho insonti<sup>19</sup> dura ab antistite poena irrogatur,<sup>20</sup> Erasmus impune abit.

Hoc puerile facinus,<sup>21</sup> ut quondam S. Augustinus, Erasmus postea vir factus, poenitentia ductus confessus est.

### Ex colloquiis Erasmianis: Herilia.\*

*Rabinus. Syrus.*

R. Profer ocreas,<sup>22</sup> nam equitandum est.  
*Sy.* En adsum.

R. Probe quidem abs te curatae: totae albent<sup>23</sup> situ.<sup>23</sup> Opinor nec extersas, nec unctas hoc anno, adeo rigent<sup>24</sup> pae siccitatem. Exerge subuido<sup>25</sup> panno, mox unge ad ignem diligenter ac macera,<sup>26</sup> donec mollescant.<sup>27</sup>

*Sy.* Curabitur.



Aedes in Hispania a communis eversa.

*Ra. Ubi calcaria?*

*Sy. Adsunt.*

\* mutatott = an den Tag legte = donna <sup>5</sup> szigorú fegyelme szorítva = in strenge Zucht gebannt = accablé d'une discipline sévère <sup>6</sup> szomorúságolt elöltetült = verdüstert = (âme) broyée du noir <sup>7</sup> meglatogatta = besuchte = visita <sup>8</sup> elfogultan = schüchtern = confus <sup>9</sup> elpirult = errötet = tout rougissant <sup>10</sup> arc = Wangen = figure <sup>11</sup> meritve = schöpfend = puissant <sup>12</sup> korlátozott = eingeschränkt = harcelé <sup>13</sup> fönök = Vorsteher = prieur <sup>14</sup> gondosan öriztet = sorgfältig behütet = garder avec vigilance <sup>15</sup> megfigyelik = beobachtet = observer <sup>16</sup> csuklya = Kaputze = capuchon <sup>17</sup> eltakarva = verhüllend = couvrir <sup>18</sup> terelte = ablenkte = détourner <sup>19</sup> ártatlan = unschuldig = innocent <sup>20</sup> sujetja = wird verhängt = infliger <sup>21</sup> csinytevés = Streich = coup \* Herus et servus <sup>22</sup> lábszárvédő = Gamasche = guêtres <sup>23</sup> penésztlől fehérlik = sind verschimmelt = blanchir par la moisissure <sup>24</sup> megkeményedett = sind steif = être rigide <sup>25</sup> egy kissé nedves = etwas feucht = un peu mouillé <sup>26</sup> áztasd be = weiche ein = macrè donc <sup>27</sup> megpuhul = weich wird = s'amollir

Ra. Verum, sed obducta<sup>28</sup> robigine<sup>28</sup>. Ubi frenum et ephippia<sup>29</sup>

Sy. Sunt in promtu.

Ra. Vide, ne quid desit, aut ne quid ruptum aut mox rumpendum, ne quid nobis sit in mora, cum erimus in cursu. Propera ad sellarium<sup>30</sup> et hoc lorum cura sacerdandum. Reversus inspice soleas,<sup>31</sup> sive calceos equorum, num qui clavi eqsint, aut vacillent. Quam macilenti sunt peui, quamque strigos! Quoties absterges aut dectis illos in anno?

Sy. Immo quotidie.

Ra. Nimirum res ipsa loquitur. Ieiunant,<sup>32</sup> opinor nonnunquam totum triduum.

Sy. Minime.

Ra. Negas tu quidem, sed aliud dicturi sint equi, si loqui liceat, quamquam satis loquuntur ipsa macie.<sup>33</sup>

Sy. Curo sedulo.

Ra. Cur igitur tu habitione equis?

Sy. Quia non pascor foeno.

Ra. Hoc igitur restat. Adorna manticam<sup>34</sup> celeriter.

Sy. Fiet.

Carolus Acs (Budapestini).

<sup>28</sup> rozsdás = verrostet = rongé de rouille    <sup>29</sup> nyereg = Sattel = selle    <sup>30</sup> nyerges = Sattler = seller    <sup>31</sup> patkó = Hufeisen = fer    <sup>32</sup> böjtölnek = fasten = jeûner    <sup>33</sup> gírheség = Magerkeit = maigreur    <sup>34</sup> iszák = Quersack = bissac

## Fuga mea ex Transsilvania. (9)

Historia vera. Commentarios Victoris Maderspach Latine libere reddidit L. Guelmino (Budapestini).

### Domi.

— «Noli timere! Prius dixisti, et bene erat dictum, vitam in providentia Dei positam esse. Iter ultimum manet te, quod ut bene eveniat, omnibus nobis curae est.»

Talia tractantibus optimum videbatur me in oppidum Zsombolya proficiisci (sed quam celerrime, quia diabolus dormitat interdum, nunquam autem dormit). Ibi reperiri potest praefectus quidam militum, qui Hungaros sine syngrapho<sup>1</sup> venientes, si certum pretium solverint, per fines transportare solet. Ille dies<sup>2</sup> 18. Maii fungendi<sup>2</sup> muneris<sup>2</sup> in ferrivia obveniet<sup>2</sup> illi. Et traditum est mihi telegramma quoddam, cuius destinatarius,<sup>3</sup> functionarius<sup>4</sup> argentarius,<sup>4</sup> statim ad dominum suum redire

iussus in urbem Budapest, iam duobus diebus ante cum syngrapho profectus est.

Hunc ego in horto inveni. Benigne excepit et priusquam quidquid dixisset, me in sella considerare, mihique coffeam apponi iussit. Lingua Germanica utebamur rem tractantes. Monstravi ei telegramma, quocum mihi nunc ut potestatem<sup>5</sup> transcendendi fines adipiscar, in urbem Belgrad eundum esse, — rem multae pecuniae temporisque — propterea me ad eum venisse, ut ab eo iutus sine mora proficiisci possem. Surridens manibus versabat telegramma et: «Bene fecisti — inquit — frater, quod me adiisti. Non poenitebit te, neque negotium tuum, si res tantopere instat, duo milia denariorum solvere.»

Cauponis venit mihi in mentem, cum quo acerbissime contendebam, ne decem, sed tantum septem denarii ei solvendi essent; tamen frustra, nunc non erat, cum quo agerem; unum restitit: solvere. Quo facto: «Tibi — inquit — ad vicum Szőreg adero cras, ut sine incommodo tramen<sup>6</sup> ascendere possis. Vale». Valedicens iam-iam relinquebam hortum, cum me nominari audio. Redeunti: «Tu frater — inquit — mentitus es».

— Ego! Quomodo?  
— Tu non es functionarius argentarius.  
— Quis sim, teleogramma affirmat.

— Noli me decipere. Motus, passusque te praefectum militum esse produnt. (Cogitationes meae circum sclopetulum volitabant.) Sed — si mille denarios addideris, te abire patiar. Bene est?

O me fortunae filium! Tantum mihi pecuniae restabat, ut mille denarios addere potuerim. Ad stationem tendens desperatus video tramen magno cum strepitu<sup>7</sup> efferi.<sup>8</sup> Quid nunc? Szőreg abhinc spatium est septuaginta chiliometrorum. Et si ego iusto tempore non adero, potero-ne et quando transire fines?

Per totam noctem ibam et paulo post meridiem aderam. Turres urbis Szeged in conspectu. Ah, si alas haberem! In statione ferriviaria

<sup>1</sup> útlevél = Reisepaß = passeport    <sup>2</sup> aznap lesz szolgálatban = an diesem Tage wird er den Dienst haben = il sera en service commandé    <sup>3</sup> címzett = Adressat = destinataire    <sup>4</sup> banklitsztviselő = Bankbeamter = employé de banque    <sup>5</sup> engedély = Bewilligung = autorisation    <sup>6</sup> vonat = Zug = train    <sup>7</sup> robaj = Getöse = fracas    <sup>8</sup> elrobog = abfahren = partir

oppidi Zsombolya non videbam praefectum militum Servianum. Quid, si ille non sit praefectus, nemo erit, qui me in tramine ascendendo iuvet? An deceptus<sup>9</sup> sim? Ad parochum<sup>10</sup> festino, qui, si deceptus essem, se mihi affore promisit. Redii et in coenatione<sup>11</sup> stationis locum occupo.

Ecce autem fumum vaporemque anhelans ingruit<sup>12</sup> magno cum crepitu<sup>13</sup> restitutique tramen, quod milites Serviani statim circumsaepiunt. Quomodo ergo hoc ascendere possim, nam praefectum meum non video descendere? Ille autem ex improviso intrat coenationem cum libello in manu, quem mihi tradit: «Edisce, quis sis et ascende tramen».

Et iam abiit. Syngraphus Italicus in manibus est et ego sum pharmacopola<sup>14</sup> Giovanni<sup>15</sup> Locatelli, qui Veronam contendit. Nonnullis minutis post iam scivi, quis essem, quo ve tenderem, et passibus certis ascendi tramen. Praefectus ipse viam mihi aperiri iussit.

Vix autem me in compartimento<sup>16</sup> quodam vacuo posui, intrat homo quidam ferrivarius,<sup>17</sup> qui lingua Gallicā alloquitur me, quis sim dicere iubens, vultu autem et oculis, totoque habitu corporis pecuniam poscit, quam si solverim, fore, ut sine ullo impedimento porro proficiisci possem. Renuo et exire iubeo eum, unde rixa<sup>18</sup> oritur, videoque milites attentos factos esse ita, ut sine dubio optimum esse videretur, ne descendere iussus remanerem, ultimum, quod mihi restitit pecuniae, centum denarios huic latroni tradere. Qui, cum praedā contentus sese per portulam reciperet, quasi de coelo delapsum video praefectum meum ei obseruentem, pecuniam ab eo eripientem, eumque manibus pedibusque peti, qui inter procellam verborum «latro, fur, laborifuga, heluo»,<sup>19</sup> fugiendo se servavit.

— En tibi tuum, quod ganeo<sup>19</sup> ille eripere voluit — dixit, reddiditque pecuniam et abiit. Paulo post cellarius<sup>20</sup> traminis cum vino spumanti<sup>21</sup> in patella<sup>22</sup> intrat, mihi apponit et recedit. Vino spumanti scidula apposita erat: «Tu mihi hoc propinare<sup>23</sup> debes».

Tramen motu lento proferri incipit. Conductor Hungarus intrat, tesseram<sup>24</sup> quaerit.



Hispani apud Summum Pontificem (pag. 24.).

— Centurio Hungarus sum, ex equitatu. Non habeo.

— Gratias, res in statione ordinabitur. — Et excessit.

In portula rursus video praefectum cum conductore tractare. Inter Hungariam mutilatam et terram a Servianis obsessam limes<sup>25</sup> in medio ponte ducitur, quem tacturus poculum vini spumantis, in quod lacrimae obortae effunduntur, ebibo: O patria, terra sancta, praeter quam nihil loci habemus in mundo, ut osculer, ut amplectar te toto corde meo, et totā animā meā! Omnia mea amisi et tamen dives sum tecum, qui nihil amittens mendicus essem sine te. Qui autem te semel amisit, ut ego, scit,

<sup>1</sup> megcsal = betrügen = tromper    <sup>10</sup> plébános = Pfarrer = curé    <sup>11</sup> étterem = Speisesaal = restaurant    <sup>12</sup> berohan = hereinstürzen = entrer en gare    <sup>13</sup> csatogás = Rasseln = vacarne    <sup>14</sup> gyógyszerész = Apotheker = pharmaciens    <sup>15</sup> Joannes    <sup>16</sup> szakasz = Abteil = compartiment    <sup>17</sup> vasutas = Eisenbahner = cheminot    <sup>18</sup> szóváltás = Streit = dispute    <sup>19</sup> kocsma-töltelék = Lump = pilier de taverne    <sup>20</sup> pincér = Kellner = garçon    <sup>21</sup> pezsgő = Sekt = champagne    <sup>22</sup> tálca = Tablette = plateau    <sup>23</sup> egészségére ürteni = zutrincken = porter une santé    <sup>24</sup> menetjegy = Fahrkarte = billet    <sup>25</sup> határ = Grenzlinie = frontière

sentit, aestimatque summum esse boni tecum vivere, mater maestissima.

Urbs Szeged iam adest. Descendo de tramme. Ante me video praefectum Servianum. Manus iungimus, et ille :

— Vale domine centurio, dixit, di te protegant!

— Et te, vale! (Utrum dabitur, ut et ego muniam<sup>26</sup> viam salutis illi?)

Ubique fratres mei, Hungari. Nunquam sensi tam alte in corde nos omnes fratres esse, et si potuisse, amplexus essem omnia, vivos et mortuos, aedicia et fora, agros et campos, coelum terramque: domi eram.

(Finis.)

<sup>26</sup> egyenget = bahn = aplanir.

### Andreas Ady: Adventus Domini.

Cum reliquerunt,  
Et cum animum collapsurum tuli,  
Me Deus inopinantem  
In gremio posuit.

Non personanter,  
Sed vénit leni, verō complexū,  
Nec vénit diē pulchrā, nitente,  
Sed belli noctū.

Lumen amisérunt  
Oculi vāni. Aetas obit maerenter,  
Ipsum, clarum, magnificumque  
Video semper!

### Iosephus Kiss: O, cur tam sero...

O, cár tam sérō, exeunte autumnō,  
Gruibus demigrantibus?  
Cür nōn occurri rōsā florente,  
Tibi dilæctae, primis lucentibus?

Cür nōn potui tēcum audīre  
Avēs cantare amore incensus?  
Cur non iuvenilibus annis  
Occuri tibi laetūis plenus?

Latine reddidit Steph. Boross (Mezótúr).



**Heroes Hispaniae.** Milites et cives Hispaniae, qui arma ceperunt, ut patriam a crudelitatis communistarum defenserent, oppugnato opido Sancto Sebastian, cuius nomen<sup>1</sup> aquis augetur,<sup>1</sup> iam caput regni Madritum tendunt. In quibus pugnis immortalem sibi gloriam mulieres et discipuli militares pepererunt, qui in arce Alcasari Toledensi impetum oppugnantium duo fere menses fortiter sustinuerunt, dum a civibus appropinquatibus liberati ipsi quoque erumpere et hostes fugare possent. Ruinae Alcasaris amorem patriae et virtutem Hispanorum posteritati nuntiare nunquam desinent. Interim innumerabilia milia hominum religiosorum ex ipsā caede fugientes patriā relictā Suam Sanctitatem Pium XI. Pontificem<sup>2</sup> Summum,<sup>2</sup> adierunt, qui benedictione pontificali eos consolatus est et totum mundum monuit, ne nimiā patientiā superbiam Russie Sovieticae augerent. Eodem tempore etiam archiepiscopi<sup>3</sup> Germanorum et Hitlerius dux Germaniae enuntiaverunt fore, ut Germani summa vi instigationibus<sup>4</sup> communistarum resisterent.

**In Russia** — uti acta<sup>5</sup> diurna<sup>5</sup> Britannicae quae «Morning Post» inscribuntur, nuntiant — in futuro etiam feminae militiam docebuntur, quarum 3 millions stipendum in exercitu merebunt. Pars iam nunc munere speculatoricium<sup>6</sup> in grege custodum publicorum «Tseca» nominatorum fungitur, sed posthac validiores fortioresque etiam catervis aeronauticis et militibus armatis machinā<sup>7</sup> sclopetařiā<sup>7</sup> aut pyroboles<sup>8</sup> (= granatis) manuaris<sup>8</sup> ascissentur.

**In Cechoslovacia** architectus, qui theatrum Posoniense restaurat, statuam Francisci Liszt quondam ab Hungaris inter statuas poëtarum

<sup>1</sup> híres = berühmt = célèbre <sup>2</sup> pápa = Papst = pape <sup>3</sup> érsek = Erzbischof = archevêque <sup>4</sup> úszítás = Aufwiegung = instigation <sup>5</sup> hírlap = Zeitung = journal <sup>6</sup> kémnő = Spion = moucharde <sup>7</sup> gépfegyver = Maschinengewehr = mitrailleuse <sup>8</sup> kézigránát = Handgranate = petite grenade

Shakespeare et Goethe in fronte aedificii collocata amoveri iussit eodem tempore, quo ubique gentium Liszt colitur et celebratur.


**In Rumaniam** — sicut in ephemerede «Sunday Graphic» legitur — uxor senatoris Britanici Amphili non potuit iter facere, magistratus enim Rumaniae adeo aegre ferebant dominam Anglicam etiam in Hungaria amicos habere, ut syngraphum<sup>9</sup> visum<sup>10</sup> scribere<sup>10</sup> nollent.

**Res statisticae.** Orbis terrarum, qui viginti annis ante 1600 milliones hominum numerabat, nunc iam 1777 fere milliones habet. Homines in continentibus sic dividuntur: in Asia 900, in Europa 500, in America 220, in Africa 150, in Australia Oceaniāque 7 milliones esse dicuntur. — Numerus incolarum Vindobonae adhuc semper minuitur; recensu<sup>11</sup> populi<sup>11</sup> nuper habito apparuit 1,847 milia hominum in capite Austriae vivere. Eodem tempore Budapestini 1,061 milia incolarum numerata sunt. In serie maximarum urbium Budapestinum XXVII. locum obtinet. — In urbe Sophia, quemadmodum diurnarii<sup>12</sup> Bulgarici nuntiant, 250 milia hominum ab 800 medicis curantur. Cum igitur singulis medicis 330 tantum homines obveniunt, in re<sup>13</sup> sanitaria<sup>13</sup> Sophia omnium urbium prima est.

**Nomina brevissima et longissima.** Procuratio<sup>14</sup> «Cosmopress» nuntiat: Duo vici Americani habent nomina brevissima: *O* et *Y*. In certamine longitudinis nominum vicus Vallensis in Anglia palmam fert, cui nomen dictu horribile hoc est: Llanfairpwllgwyngyllgogerychwyrndrobwlllandisiliogogogoch.

**Dies anniversarii.** Ante hos 100 annos Samuel Colt sclopetulo revolenti (vulgo «revolver») ius<sup>15</sup> praecipuum<sup>15</sup> assecutus est. Prima officina propter inopiam emptorum portas clausit, sed cum gubernium Americanorum 1000 sclopetula emendo animum omnium ad artem<sup>16</sup> novam<sup>16</sup> converteret, inventor mox ubique notus et clarus factus est. — De quarto centenario Erasmi supra diximus. — *Gymnasium Academicum* Budapestinense annum 250. incepit magnā sollemnitate celebravit. — Gubernator Hungariae, Nicolaus Horthy 50 annis ante, a. 1886. mense Octobri inchoavit curriculum militare gloriā plenum. — Tihamerus Tóth professor et pro decano facultatis theologicae

Budapestinensis, cuius libri de moribus christianis in usum iuventutis scripti in 15 linguas conversi in permultis regnis leguntur laudanturque et qui concionator<sup>17</sup> radiophonicus non solum magnam vim hominum miserorum consolatus est, sed etiam nonnullos oratione suā prohibuit, ne manum<sup>18</sup> sibi<sup>18</sup> inferrent,<sup>18</sup> ante hos 25 annos sacerdotio<sup>19</sup> inauguratus<sup>19</sup> est.



Quibus nos quoque bene precantes canimus:  
Vivat academia, vivant professores, semper  
sint in flore!

<sup>9</sup> útlelél = Reisepaß = passeport <sup>10</sup> vízumot adni = vidimieren = vidimer <sup>11</sup> népszámlálás = Volkszählung = dénombrement de la population <sup>12</sup> ujságíró = Journalist = journaliste <sup>13</sup> egészségügy = Sanitätswesen = mesures sanitaires <sup>14</sup> ügynökség = Agentur = agence <sup>15</sup> szabadalom = Patent = brevet <sup>16</sup> találmány = Erfahrung = invention <sup>17</sup> egyházi szónok = Prediger = prédicateur <sup>18</sup> öngyilkosság elkövetni = Selbstmord begehen = se suicider <sup>19</sup> pappa szentelni = zum Priester einweihen = ordonner prêtre.

### Salse dicta.

Pesaro, oppidulum Italum, filio suo **Rosinio** auctori musico clarissimo statuam in foro collocare voluit. Postquam satis pecuniae in aerarium redit,<sup>1</sup> magister<sup>2</sup> civium<sup>2</sup> domino Rossinio mox figuram eius marmore factam oppidulo ornamento fore narravit. «Quantum pecuniae collegistis — rogavit artifex, qui cum multis pecunias sibi arte suā faceret<sup>3</sup>, tamen<sup>4</sup> continuō summa in difficultate<sup>4</sup> nummaria<sup>4</sup>

<sup>1</sup> befolyik = eingehen = rentrer <sup>2</sup> polgármester = Bürgermeister = maire <sup>3</sup> keres = verdien = gagner <sup>4</sup> pénzzavar = Geldverlegenheit = embarras d'argent


erat. «Duodecim milia lirarum, — respondit magister civium — ex hac summa statuum iconicam<sup>5</sup> facere possumus.»

«Domine magister, velim aliquid offerre — inquit Rossinius — nolite mihi ex tantis pecunias simulacrum facere! Asservate quaeso dimidium pecuniae, at aliam partem date... mihi. Ego autem obligo me omnibus nundinis<sup>6</sup> delectamento civium in forum proditurum esse.»

**Felix Mendelssohn**, auctor ille celeberrimus operum musicorum Germanus, nepos fuit Mosis Mendelssohn, philosophi clarissimi. Pater eius, qui medius inter haec nomina illustrissima vixit, saepe dictabat: «Quis ego sum? Dum iuvenis eram, solum «filius Mosis Mendelssohn» nominabar. Et nunc, cum iam senex sum, nunquam<sup>7</sup> non<sup>7</sup> est mihi nomen «pater Felicis Mendelssohn.»

*Victor Kósa (Budapestini).*

<sup>5</sup> életnagyságú = in Lebensgröße = en grandeur nature  
<sup>6</sup> vásárnap = Markttag = jour de foire <sup>7</sup> mindig csak = immer nur = toujours



### De Alejandro et Apelle.

Apelles Alexandrum Magnum equo/inidentem pinxerat. Sed cum rex tabulam minus admiraretur, quam artifex speraverat, Apelles equum Magni Alexandri adduxit. Is tabulae statim adhinniebat,<sup>1</sup> quasi verum equum videret. Tum Apelles: «Nonne hic equus, inquit, rectius iudicat de arte pingendi quam tu?»

*Car. Attányi disc. Macauensis.*

<sup>1</sup> rányerit = anwiehern = hennir à la vue de qch.

### Equi Neo-Eboraci<sup>1</sup> calceis<sup>2</sup> gummeis<sup>2</sup> utuntur.

In urbe tumultuosissima mundi magistratus diversissimis praecepsis finem clamoris facere conantur, ubi tibiis<sup>3</sup> automobilium ulu-

lare<sup>3</sup> noctis tempore vetitum esse haud ignoratur, sed senatus urbis multo plus fecit silentium tutandi causā. Praeceptum est, ne concessio in futuro redemptoribus<sup>4</sup> ad gerenda<sup>5</sup> negotia<sup>5</sup> nocturna daretur, qualia sunt exempli causa circuli<sup>6</sup> et oeci<sup>7</sup> saltatori<sup>7</sup> nocturni.

Equi calceis gummeis vestiendi, rotae autem plastrorum<sup>8</sup> canthis<sup>9</sup> gummeis circumdandae sunt. Automobilibus autocarrisque<sup>10</sup> die utriculos<sup>11</sup> non nisi eos qui rauci nominantur, adhibere licet. Saxophona et tympana magna symphonici<sup>12</sup> omittere debent. Neque institutoribus<sup>13</sup> et circitoribus<sup>14</sup> ephemeredum<sup>14</sup> clamare fas est, sicut adhuc, sed multo suppressiore voce merces suas venditare debent. Tempore tolerantiae praeterito custodes<sup>15</sup> publici,<sup>16</sup> quisquis quietem hominum clamore turbat, gravi poenā afficiunt.

*Andreas Puszta abituriens Agriensis.*

<sup>1</sup> New York <sup>2</sup> gummicípő = Gummischuhe = caoutchoucs <sup>3</sup> tükölni = hupen = corner <sup>4</sup> vállalkozó = Unternehmer = entrepreneur <sup>5</sup> üzemetvezetés = Geschäftsbetrieb = travaillant <sup>6</sup> klub = Klub = club <sup>7</sup> tánchall = Tanzsaal = dancing <sup>8</sup> teherkocsi = Lastwagen = camion <sup>9</sup> ahrcons = Radschiene = bandage <sup>10</sup> autóbusz = Autobus = autobus <sup>11</sup> duda = Hupe = cornet <sup>12</sup> zenekar = Orchester = orchestre <sup>13</sup> utcai árus = Straßenverkäufer = marchand ambulant <sup>14</sup> rikkancs = Zeitungsverkäufer = camelot <sup>15</sup> rendőr = Schutzmann = agent de police.

\*

1. *Antisthenes*, philosophus Graecus olim coram discipulis dixit: melior est carnifex<sup>1</sup> tyrannō.

— Cur? — illi interrogabant eum.

— Nam carnifer iuste peccatos percutit, sed tyranus innocentes quoque!

2. *Mark Twain*, praeclarus scriptor satiricus aliquando in templō audivit orationem sacerdotis, amici sui. Oratione finitā scriptor dixit sacerdoti: «Sine dubio magno cum gaudio audiui orationem tuam. Sed oratio mihi nota est, quia ad verbum<sup>2</sup> in uno ex libris meis legi». «Incredibilem rem! — clamavit ille; sed postea scriptorem, ut illum librum ei mitteret, rogavit. Postero die scriptor vocabularium<sup>3</sup> misit ad sacerdotem.

*Marcus Szuha disc. gymn. Acad.*

<sup>1</sup> hóhér = Henker = bourreau <sup>2</sup> szóról-szóra = Wort für Wort = mot à mot <sup>3</sup> szótár = Wörterbuch = dictionnaire.



### Nova genera gymnicorum I.

Cultores gymnicorum in dies nova genera exercitationum certaminumque cogitatione<sup>1</sup> as-



sequuntur.<sup>1</sup> In imagine nostra ante oculos ponimus, quomodo custodes<sup>2</sup> publici<sup>2</sup> Parisiis quotannis sollemnia gymnica edant. Certamen cursū ex duabus partibus constat. Primam partem certatores cistam<sup>3</sup> itinerarium (vel viaticam)<sup>3</sup> portantes percurrere debent, quo facto insigni<sup>4</sup> custodum publicorum vestitu<sup>4</sup> positū atque in cistis condito alteram partem in ueste<sup>5</sup> balneariā<sup>5</sup> decurrunt.

\*

In pedifollo<sup>6</sup> Germani Pragae Bohemos 2:1, Hungari autem catervam Austriacam 5:3 punctis vicerunt. In imagine ante oculos ponitur, quomodo unus ex optimis certatorum nostratum, Toldi inter Sesta et Andritz expectantes follem fortunā favente in portam Austriacorum capite iniecerit (pag. 28.).

<sup>1</sup> kieszel = ausdenken = inventer <sup>2</sup> rendőr = Schutzmánn = agent <sup>3</sup> bőrönd = Reisekoffer = valise <sup>4</sup> egyenruha = Uniform = uniforme <sup>5</sup> fürdőruha = Badekostüm = costume de bain <sup>6</sup> labdarúgás = Fussball = foot-ball

### Hypatia.

(19.)  
Scriptit C. Kingsley. Hungarice reddidit A. Zigány. Excerptis atque in Latinum convertit: Valentinus Fehér (Strigonii).

Philammo postquam noctem insomnem<sup>15</sup> egit, mane in domum praefecti se contulit et visit Ethanum Chaldaeum. Scriba segniter<sup>16</sup> litteras resignavit, sed vix inspererat cum statim e conclavi se proripuit. Cum redisset, vultu renidenti<sup>17</sup> dixit Philammoni: «Fortuna tua, puer, optime surgit. Quoniam laetum attulisti nuntium, praefectus te admittere vult».

In eo cubiculo, in quo Orestes deambulabat, sex custodes corporis erant armati. Philammonem ingressum praefectus extemplo cognovit. «Ah! — clamat laetus, — servator vitae meae! Dupliciter gaudeo, puer, quod tu hunc bonum nuntium attulisti. Maria scribit operam te tuam mihi locare velle. Optime est. Cetera iam Ethanus peraget. Nunc mane hic, dum nonnullas res graves expedio.<sup>18</sup>

— Naves frumentariae — inquit scriba — advenerunt. Cras annonam<sup>19</sup> dividi iubebo.

— Egregie! Cuiusmodi nam sunt hae litterae? ad Hypatiam? Ah, illuc ego ipse ibo. Me coram deceat meae sponsae<sup>20</sup> dicere hanc rem novam magni momenti.

Philammo expalluit et paulum afuit, quin exclamaret. Ergo-ne Hypatiam sponsam Orestis esse? Nondum emersus erat<sup>21</sup> a stupore, cum alia re magis percussus est.<sup>22</sup> «Ah, haec est epistola Pelagiae — ait Orestes.

— Id unum metuo — ait scriba, — ut Gothus concedat.

— Concedat? — clamat Orestes. — Iam videro. Motus Veneris nemo praeter Pelagiam saltare potest. En litterae, Philammo, affer has Pelagiae et dic ei... Age, quin<sup>23</sup> moveris?

— Pelagiae? — balbutit<sup>24</sup> Philammo, — ut saltet? propalam?<sup>25</sup> Venus? O domine! Pelagia est mea soror atque ego nolo...

— Quid? quid nolis? — quaerit Orestes obstupefactus. Tum subito rem mente<sup>26</sup> consecutus<sup>26</sup> ad custodes corporis se convertit.

<sup>16</sup> álmatlanul = schlaflos = sans sommeil <sup>18</sup> lomhán = läßig = avec lourdeur <sup>17</sup> mosolygó = strahlend = souriant <sup>18</sup> elintéz = erledigen = arranger <sup>19</sup> gabona = Getreide = grains <sup>20</sup> jegyes = Braut = fiancée <sup>21</sup> felocsudik = sich erholen = revenir à soi <sup>22</sup> megrendít = erschüttern = épouvanter <sup>23</sup> miért nem? = warum nicht? = pourquoi... pas? <sup>24</sup> dadog = stammeln = balbutier <sup>25</sup> nyilvánosan = öffentlich = en public <sup>26</sup> megérte = begreifen = comprendre

«Puer iste bonus — inquit — aliquam certe, nisi praecautum erit,<sup>27</sup> stultitiam faciet. Satius ergo est eum aliquot dies clausum a vobis teneri; at cavete, ne quid ei mali accidat.» Et priusquam Philammo vel moveri posset, milites eum iam comprehensum in cellam basilicae traxerunt et ianuam occluserunt.

Eodem die post meridiem Orestes Hypatiam visit. — «Rem — inquit — eiusmodi novi recentem, qua tu, pulcherrima Minerva, laetificeris.<sup>28</sup> Heraclianus vicit!»

— Vicit? — exclamat Hypatia.

— Ita est, vicit et exercitum imperatoris ad Ostia occidione occidit.<sup>29</sup> Habeo milites et cras etiam plebem, quia dispensationem annoae faciendam curabo. Non est, cur Cyrilum amplius timeam. Ludos magnificos instaurabo populares, cumque vulgus ebrium voluptate fuerit, nonnulli amici clamabunt: Salvus sit<sup>30</sup> Orestes imperator! Alii victoriam Heracliani memorabunt... populus plaudet... iam invenerit novus Antonius, qui coronam mihi offeret... equidem rebusabo, sed tam leviter, quam Iulius Caesar.

— Renovemus veteres Graecas fabulas<sup>31</sup> — ait Hypatia. — Da sis<sup>32</sup> aliquam Aeschyli aut Sophoclis fabulam.



Toldi follem capite excipit (pag. 27.).

— Hae res sunt paulo taedii pleniores<sup>33</sup> — inquit Orestes renuens.<sup>34</sup> — Primum erit certamen gladiatorum; deinde rem iucundiorum agemus, triumphum Veneris... pompa<sup>35</sup> Eleusiniam, cum Venus in curru a pantheris ducto sedens invehitur. Denique Venere saltante chorus in honorem eius cantabit carmen a te scriptum, pulcherrima Minerva.

— Ego ut carmen scribam ad hanc profanam saltationem? Minime! — ait Hypatia.

— Cur non? — querit Orestes. — Hoc enim erit initium cultus deorum renovandi.

— Et quis Venerem repraesentabit?

— Quisnam alias, nisi Pelagia?

— Hoc plus, quam ferre possim! — clamat Hypatia irata atque exacerbata. — Non est satis me cogi ob sanctam deorum causam perspectare sanguinem atque crudelitatem? nunc postulas etiam, ut intersim triumpho illius Pelagiae, quae continentur me cavillans<sup>36</sup> irrisit plusque causae sanctae deorum moribus corruptis nocuit, quam Cyrus omni violentia!

— Ignosce, mea Iuno — obtestatur supplex Orestes. — Crede, longe afuit, ut te laederem. Sed quia sine tuo auxilio ea, quae peto, nunquam perficere possum, in perpetuum causa deorum perdita est.

— Esto, ut cupis — ait tandem Hypatia. — At nunc, quaeso, discede, ut carmen scribere possim. Cum hoc causa deorum a me postulet, non licet haesitare.

\*

Postridie, quam praefectus Ammonius, qui per tumultum a Gothis captus ipsique traditus erat, in crucem agi<sup>37</sup> iussit, custodes et cadaver et crucem a monachis surrepta<sup>38</sup> esse nuntiavunt. Nondum XXIV horae post raptum cadaveris praeterierant, cum sentina<sup>39</sup> Alexandriae sordidissima ad XX milia monachis Nitrien-

<sup>27</sup> elejét venni = Vorsichtsmaßregeln treffen = prendre ses précautions <sup>28</sup> megörvendeztet = erfreuen = réjouir <sup>29</sup> egy lábig levág = bis auf den letzten Mann niederrauen = assommer jusqu'au dernier homme <sup>30</sup> éljen! = Hoch! vive! <sup>31</sup> színdarab = Schauspiel = pièce <sup>32</sup> si vis <sup>33</sup> unalmas = langweilig = ennuyeux <sup>34</sup> tagadólag int = ablehnen = faire non de la tête <sup>35</sup> körmet = feierlicher Aufzug = défilé <sup>36</sup> csípkelődve = stichelnd = en taquinant <sup>37</sup> keresztre feszít = kreuzigen = crucifier <sup>38</sup> ellop = stehlen = dérober <sup>39</sup> sőpredék = Pöbel = canaille

sibus, urbanis sacerdotibus, diaconis oratoribusque ducibus, quibus Cyrilus ipse ornatus pontificali<sup>40</sup> induitus praerat, Ammonius in ornato lecto funebri positum per vias circumferens ante domum praefecti constitut et canem paganum atque apostatam ululatu feroci exsecrata est. Deinde martyrem in aedem portatum Cyrilus statim in numerum sanctorum ascivit<sup>41</sup> et virtutes bonitatemque martyris ad caelum laudibus sustulit,<sup>42</sup> cum interea Orestem carnificem,<sup>43</sup> novum Neronem dicebat.

Orestes dentibus frendens primum per milites vulgus e templo exturbare voluit, postea tamen turbam fanaticam metuens nihil fecit, sed iuravit se prima quaue occasione Cyrilum e medio sublaturum.<sup>44</sup>


(Ad numerum proximum.)

<sup>40</sup> főpapi = Oberpriester = pontifical <sup>41</sup> szentté avat = heiligsprechen = canoniser <sup>42</sup> magasztal = lobpreisen = exalter <sup>43</sup> hőhér = Henker = bourreau <sup>44</sup> eltesz láb alól = aus dem Wege räumen = mettre à mort.



Ante hos 30 annos primum homines volatum fratrum Wright admirari potuerunt, qui aëroplano in altitudinem 25 metrorum elevati sunt. Nostris temporibus iam stratosphaera pervolatur et volandi perit<sup>1</sup> in officinis in dies inopinatas constructiones inveniunt. Imago nostra laboratorium ingens instituti<sup>2</sup> Americani experimentis<sup>3</sup> agendis<sup>2</sup> aeronauticis in oppido Langley Field (Virginia) aedificati illustrat, ubi aëroplana explorantur.<sup>3</sup> Unusquisque motorum vim 4000 equorum adaequat, propulsores<sup>4</sup> procellam velocitatis 50 metrorum per secundum in aëroplanum emittere<sup>5</sup> possunt, quā vis resistendi apparatum volatoriorum accurate constituitur.

<sup>1</sup> szakemberek = Fachleute = les techniciens <sup>2</sup> kísérleti intézet = Versuchsanstalt = station d'expérience <sup>3</sup> megvizsgálni = prüfen = éprouver <sup>4</sup> légsavar = Propeller = hélice <sup>5</sup> fejleszteni = entwickeln = déployer.



## Dicta quorundam morientium supra. II.

12. Sacerdos quidam Talleyrandum de vita migraturum «sacramento morientium» firmans religione huius viri summi ingenii ac pietate erga Deum ita motus est,<sup>2</sup> ut vitam suam se pro vita Talleyrandi promptissime substituere<sup>3</sup> paratum esse dixerit. At Talleyrandus hac de re certior factus ridens dixit: — «Vir ille bonus multo uberiorem e vita sua fructum capiat, quam ut pro mea illam substituat.»

13. Parum nota esse puto verba Voltaeri, scriptoris illius dicacissimi<sup>4</sup> suprema: «Nunc ioco remoto<sup>5</sup> cum animo meo velim cogitare.»

14. Elisabetha, regina quondam Britanniae valde timebat mortem. Quum finem vitae suae iam häud longe abesse sentiret, haec dixit assidue gemens: «Omnes opes ac divitias meas promptissime offerrem, si uno momento amplius mihi vivere liceret.»

15. Eodem fere modo lamentatus est Oliverus Cromwell finem vitae suaee certo adesse haud ignorans: «Quam velle amplius vivere!»

16. Mozartus, vir ille vere clarissimus, qui in arte musica immortalem certe gloriam est consecutus, haec verba dixit ante mortem supremam: «Sinite — quaeso — postremum musica me audire!»

<sup>1</sup> haldoklók szentsége = Sakrament der Sterbenden = les derniers sacrements <sup>2</sup> meghatódik = gerührt werden = s'attendrir <sup>3</sup> helyébe tesz = substitueren = substituer <sup>4</sup> megvizsgálni = prüfen = éprouver <sup>5</sup> nélkül = ohne = sans

17. Beethoven, princeps ille omnium, qui arte sua musica haud minimam sibi colligebant unquam gloriam, etiam moriens fore sperabat, ut singulas partes poematis illius clarissimi, quod Faust inscribitur, modis<sup>6</sup> modis<sup>6</sup> alligare<sup>6</sup> posset. Sed paulo ante mortem ingemuit dicens: «Dolendum est, quod iam nimis sero est!»

18. «Nunc dormire velim» — dixit Byron, poëta Britannorum vere clarissimus et mox somno<sup>7</sup> est consopitus<sup>7</sup> sempiterno.<sup>7</sup>

19. Goethe, poëta ille, cuius fama non Germaniae, sed ipsius, ut ita dicam, orbis terrarum terminis definitur, moriens haec dixit: «Altem quoque fenestrae partem aperite, ut maior lux admittatur!»

20. Kant, philosophorum temporum recensiorum princeps haec dixit moriens: «Res bene se habet.»

21. Locke, philosophus Britannus «Satis est» — dixit ante mortem. Vix hoc pronuntiavit, somno consopitus est sempiterno.

22. Mirabeau, cuius nomen qui non audierit, haud inveniri posse puto, horologium<sup>8</sup> suum aureum paulo ante mortem medico suo donavit dicens: «Tibi, mi amice, hoc dono horologium. Horologio enim homines singulas temporis partes metiuntur, ego autem ad eas me mox conferam regiones sempiternas, ubi tempus reperi non potest.»

23. «Si calatum dextra tenere possem, — dixit William Hunter, medicus quidam clarissimus extremis ante mortem momentis — quam facile iucundumque sit mori, vobis, mei amici, describerem.»

24. Lagny, vir ille doctissimus, qui totum se arithmeticis tradidit, per 36 horas ante mortem ab amicis suis interrogatus nihil respondit. Tum ad lectum accessit Maupertuis eum interrogatus: «Scisne, mi Domine, — dixit, — quot sint 12<sup>2</sup>?» — «144.» — respondit Lagny subridens et paulo post efflavit animam.

*Finis.*

Vincentius Gombár (Balassagyarmat).

\* megzenésít = in Musik setzen = mettre en musique  
que \* örök álomra szenderül = zur ewigen Ruhe entschlummern = s'endormir du dernier sommeil \* óra = Uhr = montre.

### Ad sanctam S. Stephani Dextram.

1. Hungarae gentis decus admiratum,  
*Tu benigni<sup>1</sup> in nos Domini sigillum,<sup>1</sup>*  
*Regis almi<sup>2</sup> dextra beans<sup>3</sup> dolentes*  
*Hic et in aevo.<sup>4</sup>*
2. Regni habenas<sup>5</sup> quae validē tenebat  
*Ad Deum tardos populos gubernans,*  
*Perpeti<sup>6</sup> nunc redde viae labantes.<sup>7</sup>*  
*Gens rogat orba.*
3. Largiter spargens bona cuncta egenis,  
*Ut cibum vitae tribuas, aquamque*  
*— Passim inops orat sitiensque — fundas*  
*Fame tepenti.<sup>8</sup>*
4. Rex beate extende manus petentes,  
*Nocte qui vivus Dominum petisti,*  
*Creditae<sup>9</sup> gentis tibi<sup>9</sup> prō salute*  
*Tolle prēcēs nunc.*
5. Veste luctūs flens populus vocamus,  
*Gloriosa et sancta manus: Mariae,*  
*Perdiderunt quem vitia alta nostra,*  
*Restitue hortum.*
6. Te precante indulgeat Aeviterna<sup>10</sup>  
*Trinitas: noster Pater atque Natus*  
*Spiritusque almus, socios honorum*  
*Esse tuorum.*

Lud. Meskó clericus Schol. Piarum (Budapestini)

<sup>1</sup> Isten jóságának jele = ein Zeichen der Güte Gottes = signe de la bonté de Dieu <sup>2</sup> kegyes = gnädig = pieux <sup>3</sup> boldogító = beglückend = bénissant <sup>4</sup> öröklet = Ewigkeit = éternité <sup>5</sup> gyeplő = Zügel = rênes <sup>6</sup> örök = ewig = éternel <sup>7</sup> ingadozó = wankend = chancelant <sup>8</sup> elbágyadt = ermatte = exténué <sup>9</sup> rág bízott = dir anvertraut = confié à toi <sup>10</sup> örök = ewig = éternel

### Librorum recensio.

Papp János: A Hipparchos-dialógus hitelessége. Acta litterarum ac scientiarum reg. universitatis Hung. Francisco-Josephinae. Sectio philologica. Tom. IX. Fasc. 1. Szeged 1936. Pag. 1—32. Pretium 2 pengones.

Nuper W. Eckert et P. Friedländer affirmare conati sunt hunc dialogum ab ipso Platone scriptum esse. Contra I. Papp accomodate ad persuadendum demonstrat dialogum primis Academiae temporibus ab aliquo sectatore Heraclidae compositum esse. Dissertationi Hungaricae summarium germanice scriptum adiunctum est.

Joannis Pascoli Poemata christiana. Studio del Prof. Giambattista Bellissima con prefazione di G. Lipparini. Bologna, Nicola Zanichelli editore, 1936. Pag. 1—49.

Pascoli alumnus Vergilii putatur esse optimus. Quare numerus lectorum amatorumque eius in dies maior fit. Bellissima professor, cuius opera lectoribus nostris haud ignota sunt, decem poēmata italice tractat, quae inscribuntur: Centurio, Thallusa, Pomponia Graecina, Agape, Paedagogium, Fanum Apollinis, Post occasum urbis, Solitudo, Sanctus Theodus, Pallas. Summi beneficiū loco ponemus, si auctor libri, Bellissima professor illustris partem alieuius poēmatum Latinorum Pascoli lectoribus iuvenilibus nostris aptam publicandi causā ad moderatorē transmittere dignabitur.

ano. Salutando congressum philologorum Budapestensem scripsit Alexius Kalmár. MCMXXXVI. Apud Franklinios. — Fasiculus utilis latine scriptus duo capita continet: I. De suffixo verborum  $\omega$  primae personae. De nomine urbis Romae. Quibus perfectis speramus etiam maioribus operibus auctorem latine compendoris operam daturum esse. Révész László: Latin nyelv- és stílusgyakorlatok. Veszprém, 1936. Egyházmegyei könyvnívymda. Pag. 1—160.

Ladislao Révész e Scholis Piis docens est linguae Latinae in academia theologia Vesprimensi, itaque stilisticam hoc libro duce discipulis traditurus scripsit. Materia libri in 30 horas, singulae horae in 7—8 partes dividuntur. Quarum I. phrases et vocabula maxime moderna, II—III. exempla morphologica et syntactica, IV. proverbia, V. salutaria dicta, VI. dicta auctorum antiquorum hungarice et latine continent. Pars VII. et VIII. partes, cum utilis, tum iucundas ex auctribus ecclesiasticis excerptas hungarice praebet cum adnotationibus grammaticis stilisticisque in latinum sermonem convergentias. Librum latine legere aut scribere volentibus non possumus satis commendare.



locosa.

Palocius quidam interrogatus utrum hiems esset gelidior, an aestas fervidior, sic respondit: Hieme iam saepius vidi rivum nostrum gelu concretum,<sup>1</sup> sed aestate calore effervescente<sup>2</sup> — nunquam!

Professor arithmeticæ: Quot fistulis<sup>3</sup> fumisugii<sup>3</sup> Danubius profundus metiri potest? — Nebulo: Unā! — Professor: Quomodo? Una? — Nebulo: Unā, sed haec una tam longa sit, ut etiam fundamentum Danubii attingere possit.

Paulus Farkas (Újpest).  
befagyva = zugefroren = gelé <sup>4</sup> fornī = sieden = bouillir <sup>5</sup> pipászár = Pfeifenrohr = tuyau de pipe

1. Merum bibis an vinum aquā mixtum? — interrogat hospes convivam.

— Merum statim in caput ascendit mihi, — respondet conviva.

— Tunc nihil obstat! Ibi fit vinum aquā mixtum.

2. Hac nocte in deversoriō<sup>1</sup> quater acquiescam paulum.

— Quater? Quomodo?

— Lectus valde durus erat, quare quater surgere coactus sum, ut paulum  $\ddot{a}$ quiescerem.

Stephanus Daum disc. gymn. Acad.  
<sup>1</sup> szálloda = Gasthof = hôtel.

Professor interrogat discipulum: — «Quot extrēmitates habent duo bacula?»

Discipulus respondet: — «Quattuor.»

— «Et tria bacula?» — «Sex.»

— «Nunc dic mihi, tria bacula et dimidium quot extremitatēs habent?» — «Septem.»


Lad. Javorik disc. gymn. Tatani.

Causa<sup>1</sup> simulata.<sup>1</sup> Bonum est die<sup>2</sup> profesto<sup>2</sup> ludum<sup>3</sup> calcium<sup>3</sup> non habere. Nuper vir grandae-  
vus apparuit in fabrica et dicit: «Mihi nomen  
est Petro Kovács et permissionem<sup>4</sup> rogo cum  
filio meo breviter loquendi.»

Possessor fabricae a vertice<sup>5</sup> ad talos<sup>5</sup> per-  
spicit patrem et: — «Filius tuus hic operarius  
est, hodie autem ille abiit ad funus<sup>6</sup> — patris  
sui. Timeo, ne nunc ludum calcium spectet.»

Eugenius Fenyházi disc. gymn. Acad.

<sup>1</sup> ürűgy = Ausflucht = subterfuge <sup>2</sup> hétköznap = Wochentag = jour de semaine <sup>3</sup> labdarúgás = Fußball = football <sup>4</sup> engedély = Erlaubnis = permission <sup>5</sup> tetőtől talpig = vom Scheitel bis zur Sohle = des pieds à la tête <sup>6</sup> temetés = Begräbnis = enterrement



Solutions aenigmatum numeri I.

1. Aurora Musis amica. — 2. Dulce et decorum est pro patria mori. — 3. Dolus, nomen, manus; donum, lumen, sanus. — 4. Puella decem annos nata erat.

Aenigmata recte dissolverunt: I. Anna Gellért,  
Anna Mayer (*Ursulanum*), Geysa Füleki, Joannes

Glancz, Paulus Tolnay, Julius Asztalos (e Scholis Piis), Susanna et Anna Büchler, Editha Bátori (Theresianum), Ioannes Wolkóber (Madachianum), Andreas Klein (Fayanum), Georgius Reisz (gymn. IPEA.) Budapestinenses. — II. Margaretha Steiner, Helena Szabó Jaurinenses, Valeria Albrecht, Gabriella Heuzer Tatanae, Andreas Klein, Petrus Vass, Franciscus Fazekas Novopestinenses, Joannes Tóbiás, Julius Schillinger Matthiaepolitani, Rosalia Vajda Macauensis, Ludovicus Jámbor Savariensis. — III. Otto Schmied Vindobonensis. — Eug. Keleti, Zsolt Kiss, St. Szerényi (Americanum).

Praemium sorte Rosaliae Vajda, sororibus Büchler et Joanni Tóbiás obvenit.

1.  
Si de numerali quodam primam et ultimam litteram dempseris, vocabulum animalis cuiusdam domestici (in ablativo) invenies.

2.  
Vocabulum duarum syllabarum, cuius prima voka-  
is est «a», magnos rivos significat; idem vocabu-  
um, si pro a vocalem o continet, cunctos (homines)  
significat.

Guilelmus Fieber Vindobonensis.

3. Pyramis.

- |         |                          |
|---------|--------------------------|
| 1       | Est consonans littera.   |
| 2 1     | Quod adhibes pro copula. |
| 3 2 1   | Videtur hoc in corpore.  |
| 4 3 2 1 | Est idem ac «divitiae».  |

Otto Schmied Vindobonensis.

4.  
DOMUS QUIES

Andreas Uskert dis. Tatanus.

5. Dissolvendum ad saltum caballi.

Me	mo	nt	s.		t
o	e	ia	r	m	i
qu	me	ho	in	pul	ve
s	pul	vis	re	r	re
		et		ve	

Anonymous (rogatur, ut nomen suum aperire)

Budapestini, ex officina consortii Stephanei. — Negotiorum curator: Fr. Kohl iun.


6.  
Litterae initiales horum vocabulorum quaerendae  
nomen imperatoris clarissimi Romanorum, ultimae  
litterae autem dictum eiusdem viri notissimum dant.

impendi	(i)	laud	.
lular		lib	.
ime		rudi	.
acu		uperav	.
lul	(i)	duh	.
epuler		ur	.

Francisca Sole disc. Kaposváriensis.

Terminus solutionum ad moderatorem mittendarum  
10. dies mensis Nov.

Solutiones aenigmatum sumptibus comparcendi  
causa singulis in scholis a magistro collectae in  
eodem involucro epistulae ad moderatorem mitti  
possunt.



Corrigenda numeri 1. (Sept.): pag. 4. pro: «sum  
sonatam quandam» lege: «cum sonatam qu.» —  
pag. 5. pro: «deligeretur» lege: deligatur. — pro:  
«Quomodo arx ... liberata est» lege: Qu. arx ...  
lib. sit. — pag. 10 pro: «in convento huius anni»  
lege: in conventu h. a.

Collaboratores rogantur, ne nimis longa opera  
neve parum clare scribant. — St. Boross. Interpreti  
poëtarum S. P. Quae promisisti, persolve. — V.  
Gombár. Mendum, quod timuisti, non inveni. Pro-  
xime materiam mittam novam. — Fr. Fazekas.  
Joca tua non sunt ridicula. Mittam tibi meliora. —  
G. Pap. Lectoribus Agriensis salutem! Ubi est  
Al. Puszta? Quomodo valet? — A. Kiss. S. P. D. =  
salutem plurimam dicit. — I. Horváth. Difficillimum  
est carmen Latinum componere. Secunda stropha  
est optima:

Folio arido flavescit natura,  
Deproeliantesque arbores cum vento  
Venatorum carmen resonant in aura,  
Tremit rupicapra in cavo silento.

Visne, ut textum tibi latine reddendum mittam?  
— I. Glancz. Non intelligo ioca tua. Transmitte  
translationem Hungaricam. — P. Farkas. Sit tibi  
ex sententia tua! — O. Schmied. Anthologiam ma-  
xima cum cupiditate exspecto. Cura, ut valeas!  
— L. Gonda. Nugas tuas proxime iam legere poteris.  
— I. Irsik. Novo rectori imo ex corde gratulamur.  
— Eu. Fray. Noli obliviousi de promisso opusculo.

Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-  
scholarium Catholicorum. — A. Katholikus  
Középiskolai Tanáregyesület költségén.  
(Praeses: DR. IOANNES KISPARTI, elnök.)



LATIN IEJÚSÁGI FOLYÓIRAT. LATEINISCHE JUGENDZEITSCHRIFT. REVUE LATINE DE LA JEUNESSE.

Administrator, ad quem pecuniae dirigantur: ALEXANDER REGÉNYI, Budapest, VII., Barsay-u. 5. (tel: I-422-15).

Moderator, ad quem manuscriptamittantur: I. WAGNER DR., Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20. (telephon: 2-686-34).

Prodit Budapestini quotannis decies. Pretium subnotationis an. 1936—37. in Hungaria 3 pengoe, extra Hungariam 4 pengoe. Gyarus aerarii comparsorum postalum in Hungaria: 57.292, in Austria: A—37.880. Subnotatores eorum gentium, unde simplex pecuniarum transmissio impeditur, utantur schidulus. Coupon réponse international appellatis, quarum si quis decem in epistola ad administratorem mittit, pretium annum solvit. Quinis exemplaribus sextum gratuito additur.

## Gymnasium Academicum Vindobonense,

cuius origo a schola Latina Ordinis Societatis Jesu saeculi XVI. deducitur, quodque hoc  
ordine sublatu usque ad publicationem<sup>1</sup> anno  
MDCCCLII. factam a Patribus piarum scho-  
larum administrabatur, pridie Kal. Nov. illu-  
strissimis viris vitae publicae ac privatae  
praesentibus diem celebravit, quo schola e  
prisco aedificio cum vetere Universitate con-  
iuncto in novum aedificium a clarissimo  
architecto Friderico Schmidt, qui etiam cu-  
riam<sup>2</sup> Vindobonensem extruxit, illo magnifico  
stile Gothicō aedi-  
ficatum demigravit.

Cuius festi ini-  
tium Cardinalis ar-  
chiepiscopus dr.  
Theodorus Innitzer  
Missā pontificali ce-  
lebratā fecit; tum  
in conventu sollem-  
ni inter alia praeter  
rectorem Ludovi-  
cum Marcus pro  
discipulis pristinis  
primus<sup>3</sup> ministro-  
rum<sup>3</sup> emeritus<sup>3</sup> dr.  
Vladimirus e liberis



Gymn. Acad. Vindobonense a. 1866.

dominis Beck, qui sub auspiciis imperatoris  
Francisci Josephi I. commune ius comitiorum<sup>4</sup>  
instituit, LXXXII annos natus, orationem ha-  
buit; denique in vestibulo monumentum in me-  
moriam professorum discipulorumq[ue] bello gen-  
tium pro patria defunctorum a praefecto urbi<sup>5</sup>  
Vindobonae Riccardo Schmitz apertum et a  
Sua Eminentia Cardinale consecratum est.

E gymasio Academicō, quod nunc a  
CCCCL discipulis frequentatur, iam permulti  
amplissimi viri prodierunt velut praeses Au-  
striae emeritus dr.

Michael Hainisch,  
qui festo interfuit,  
et praeses Ceco-  
slovaciae emeritus

<sup>1</sup> Államosítás = Ver-  
staatlichung = laïcisa-  
tion <sup>2</sup> városháza =  
Rathaus = hôtel de  
ville <sup>3</sup> nyug. miniszter-  
elnök = Ministerprási-  
dent i. R. = ancien pré-  
sident du conseil <sup>4</sup> általános választói jog =  
allgemeines Wahlrecht =  
suffrage universel <sup>5</sup> pol-  
gármester = Bürgermei-  
ster = maire